

Tabula sepulcralis e lapide calcario (alta: m. 1,95; lata: 0,59; crassa: 0,24), supra et infra mutila, cuius superficies in parte superiore aliquantum detrita est; in fastigio magna patera, inferius cena funebris atque inscriptio, Scupis reperta a. 1952, nunc in Museo lapidario Scupis (n. inv. 502).



Scupis.

L(UCIUS) APULEIUS
L(UCI) F(ILIIUS)

SCAPTIA (TRIBU) VALENS

BERUA VET(ERANUS)
LEG(IONIS) V

MAC(EDONICAE) VIX(IT)
ANN(OS) L, MIL(ITAVIT)

ANN(OS) XXII — H(IC)
S(ITUS) E(ST).

H(EREDES) F(ACIENDUM)
C(URAUERUNT): MAXIMA
F(ILIA)

ET HESPERIS LIB(ERTA)
ITEMQUE CON(IUNX).

Titulus primo saeculo exeunte
vel altero ineunte scriptus esse
videtur.

Berua, secundum nos,
eadem videtur esse quae in
Nat. hist. (III, 19, 130) Plini
occurrit, sed de hoc in „Zbor-
nik na Arheološkiot muzej vo
Skopje“ plura dicuntur.

Borka Josifovska.